Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uolunt placere in carne hij cogunt uos circū
cidi tantum: ut crucis xp̄i p̄secucionem non
paciantur. Neq; enim qui circumciduntur
legem custodiunt: sed uolunt uos circumci
di: ut in carne ur̄a gl̄entur. Michi autē absit
gl̄ari: nisi in cruce domini nr̄i ih̄u xp̄i. p̄ quem
michi mundus crucifixus est. et ego mundo. ew̄.
Erat homo ex phariseis. Require ī octā pentec̄.
Floriani et sociorum eius. lc̄o. Lingua sap̄. ew̄.
Hoc est preceptum. Johannis ante portam la
tinam. lc̄o. Qui timet deum. ew̄. Accessit ad
ih̄m mater filiorꝫ zebedei. Re. in die s̄. iacobi. a.
Gordiani et epymachi. lc̄o. Rememoramini.
ew̄. Videns ih̄s turbas. Pangracij. nerei. et achil
lei. mr̄um. lc̄o. Iusti imp̄petuum. s̄. matheum.
Nullo tempe: Accesserunt ad ih̄m pharisei: tēp
tantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere
uxorem suam quacumq; ex causa. Qui r̄ndens
ait. Non legistis: quia qui fecit ab inicio mascu
lum et feminam fecit eos et dixit: p̄pter hoc di
mittet homo pr̄em et mr̄em et adherebit uxori
sue: et erunt duo in carne una: Itaq; iam non
sunt duo: sed una caro. Quod g̊ deus coniūxit:
homo non sep̄et. Dicunt ei. Quid g̊ moyses
mandauit dari libellum repudij et dimittere.
Ait illis. Q̊niam moyses ad duriciam cordis

392